



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**ORdinatio a Sacra. Ro. Ce-||sarea maiestate super officij ||  
Notariat[us] exercicio edita || Cum Mandato p[ro]hibitorio  
Penali: Ne || ab alio quoq[ue] sine Jmp[er]ialiu[m]  
Co[m]missa-||rioru[m] circa ...**

**Maximilian <I., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**

**[Mainz], 1512**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30929**





Beatus Hilarius libro vij de trinitate Hoc propinqua habet ecclesia  
quod dum persecutionem patitur floret, dum opprobriatur crescit,  
dum contemnitur proficit, dum leuitur vincit, dum arguitur  
intelligit, tunc stat cum superari videtur

Reuerendissimus Dns n'r Dns Adolphus, Sancte Coloniensis ecclesie Archieps, princeps Elector, id  
mandavit quod Decani collegiales civitatis Coloniensis debeant in iungere suis Canonis,  
& ecclesie membris infra scripta puncta, sub pena suspensionis, a perceptione fructuum  
firmiter observare & contravenientibus huiusmodi pena iurem subdite promodo delicti imponere

Primo quod cum visitant maiorem, tanquam matrem ecclesiam, non debeant choros pertransire,  
sed choros eiusdem ecclesie intrare, ac preces, laudes, & gratiarum actiones cum gravitate, et  
decorata modulari atque persolvere,

Secundo quod etiam non debeant permanere ante choros maioris ecclesie, &  
ibidem infra summum altare, & choros seu cantabulos, cum religione, aut etiam sine  
religione stare & confabulari

Tercio quod in publicis stationibus, & processibus non debeant se deflectere  
extra processiones ad alios externos & fabulando cum illis obambulare

Quarto quod non debeant in maiori ecclesia, aut etiam in illorum ecclesiis tempore  
divinorum cum religione, aut sine religione fabulando vagari, & deambulare,

Quinto quod etiam non debeant absque religione choros ecclesiarum collegiarum sub  
divinis preterire, aut etiam sub statione se absque religione ostentare,  
& in publicum prodire

Anno d'ni 1599 die mercurij 17 mensis Julij Dns n'r Decanus Conradus  
Orts legum Doctor prelegit nobis pre scripta quinq; puncta

J 18.

W VIII

14 2

21 IV  
1

Handwritten musical notation on a narrow strip of paper along the right edge of the page. The notation includes staves with notes and some accompanying text, though it is partially obscured and difficult to read in detail.

**O**rdinatio a Sacra. Ro. Ce-  
sarea maiestate super officij  
Notariat<sup>9</sup> exercicio edita  
Cum Mandato prohibitorio Penali: Ne  
ab alio quocumque sine Imperialium Commissa-  
riorum circa Notariorum reformationem  
deputatorum Previa correctione  
diligenti: et licentia Imperialis  
veniatur seu venalis  
exponatur Saltem  
infra Annos  
quatuor.



## **M**aximilianus diuina fauente clemētia:

electus Romanorū Imperator semper Augustus. ac Germanie hungarie/  
Dalmacie/ Croacie. zc. Ret. Archidux Austrie/ Dux Burgundie/ Lotho-  
ringie/ Brabancie/ Stirie/ Carinthie/ Carniole/ Limburgie/ Lucombur-  
gie z Beldrie/ Landgrauū Alsacie/ Princeps Suevie/ Palatinus in Habi-  
spurg z Hamonie/ Princeps z Comes Burgundie/ Flandrie Tirolis Bo-  
ricie/ Arthesij/ Holandie/ Scelandie Forretis in Kiburg/ Namurcū z Dus-  
burgij Archiepiscopus Sacri Romani Imperij sup Anasuz et Burgonie/ Do-  
minus Brisie/ Archiepiscopus Sclauonice/ Bechliuie Portugualionis z Sali-  
narum. Gloria Reipublice decusq; totius Romani imperij et Sub-  
ditoꝝ utilitas: in quorū prosperitate vtiq; prosperamur. Nos qui superna  
prouisione/ z non nostris meritis/ ad culmen Imperialis seu Cesaree digni-  
tatis plenitudinem potestatis sublimati sumus in ducunt: vt non solū ad  
ea que ad augmentū et sublimationem Imperij: Sed et ad ea que ad refor-  
mationem deformitātū correctionem errorū et defectuū emendationem pri-  
nent: ac periculorū submotionem/ que in republica aliquādo contingunt et  
Subditis quotidie imminēt: aciem nostre considerationis dirigam⁹: Hinc  
in inicio regiminis nostri et susceptę administrationis in Imperio pro iustit-  
cia et pace cōseruanda que tunc quodāmodo in finib⁹ Imperij exulauerūt  
certas per quas celerius cause in iusticia expediant⁹: et illi qui pacem turbare  
conant⁹ arcitius q̄ ante coherceant⁹ et comprimant⁹ edidimus ordinationes.  
Terū quia ne dum pro iusticia z pace manu tenēda: sed etiā alijs que quo-  
tidie in republica et subditis occurrūt. Tabellionatus seu tabularioꝝ officii  
vni perutile et necessarium existat per quod placita vota z gesta hominū (ne  
memorie labilitati seu obliuioni subdant⁹) p scripturę ministeriū certe z per-  
petue memorie tradunt publicisq; firmantur documētis. Et q̄ plurimū Ho-  
tarij seu Tabelliones et se saltem officio Notariatus ingerēt in Imperio  
( vt per experientiam didicimus multoꝝq; accepimus clamore) defectuosi  
et indigni inueniant⁹: tū ratione cōditionis et qualitatis persone cū ratione  
defectus etiā scientie et morū: ac qui alias multipliciter inuitiles existunt vt  
puta aliqui Seruili cōditioni astricti: alij de falsi presertim etiā circa tale of-  
ficiū Notariatus commissi: aut etiā alijs criminibus irretiti seu publice dis-  
famati alij negligentes nōnulli indocti et imperiti/ ex quorū imperitia negli-  
gencia z malicia innumeros homines defraudari/ negligi et grauari non est  
dubium. Ad obuiandū igit huiusmodi periculis z defectibus necessariū etiā pu-  
tamus desuper fieri prouisionem virisq; doctrina et harū rerum experientia  
suffultis mandauimus: qui nostra auctoritate presentem ordinationē com-  
pilauerunt. Quā cū nobis obtulissent eamq; diligenti studio perlegissemus  
animaduertissemusq; multiplicem eius fructum et utilitatem ipsam nostra  
Imperiali auctoritate de nostroz ac sacri Romani Imperij electoꝝ. Princi-  
pūq; et Statuū alioꝝ consilio cōfirmam⁹ approbamus eiꝝ plenissimū ro-  
bur attribuimus atq; p vniuersum Romanū Imperiū diuulgari p̄cipimus.

Hanc igit saluberrimā Reformationē z ordinationē studeant Notarij pub-  
lici/ ad quos precipue pro Notariatus officioꝝ exercitio et practica ipa por-  
A ij



rigitur humili deuotione amplecti/sūmaq̄ diligentia seruare ac iuxta candē  
et alia q̄ suis in iuramentis super h̄mōi officijs prestitis/vel etiā a iure cō-  
muni vel locoꝝ laudabilib⁹ consuetudinibus tradita introductaq̄ sunt of-  
ficia sua legaliter fideliter et sincere exercere. p̄t̄ yltra damna et interesse ad  
que alias partibus a se neglectis vel defraudatis tenebunt nostre imperial'  
Maiestatis seuerā cuitare velint correctionem.

**I**n primis igit̄ ordinamus: Qd̄ circa p̄sonas approbandoz vel denuo ins-  
tituendoz habeat ratio cōditionū z qualitarum earundē ne a probent̄ vel  
instituantur prohibiti: vtpote infideles Serui infames p̄sentis ordinatiōis  
et alioꝝ requisitoz nō informati: Item vel ex cōmunicatiōe maioris vel im-  
perialis Bani censuris innodati / Et in sūma qui a testimonio iure repellū-  
tur/cū testiū vice fungant̄. Et cū sit de iure cōmuniq̄ vsu practica z p̄suetu-  
dine introductū vt seruet̄ circa publica instrumēta corūq̄ solemnitates talis  
forma/ vt videlicet a principio inuocato diuino nomine/ a quo cūcta bona  
progrediunt̄ imponatur Annus salutis in dictio Nomen ac Annus Prin-  
cipis/ de hinc Mensis dies hora/ locus/ loci locus/ deinde facti seu act⁹ ge-  
sti series hinc testiū adhibiti/ quozū singuloꝝ nomina et cognomina clare  
designent̄/ z finaliter Signetum Subscriptioq̄ Notarij qui semper debet  
de hoc rogari seu requiri et de rogatu suo attestari.

Mandamus ergo precipimus et ordinamus h̄mōi formam vlteri⁹ seruari  
saluis nō minus alijs de cuiusuis loci cōsuetudine seruandis: Ita tñ vt salu-  
tem in terris sacri romani Imperij Nomen z Annus regiminis seu imperij  
romanoꝝ Imperatoris vel regis pro tempore existentis/ nullo modo sicut  
hactenus a nōnullis et male neglectum est de cetero omittant̄.

Deinde mandamus/ vt quicūq̄ Notari⁹ studeat omni modo habere et qui-  
dem summa cū custodia coferuare ac post se relinquere Unū prothocollū in  
quo per seipm̄ non aliū singuli actus corā se gestis et de quibus rogat̄ ordi-  
ne inscriptis redigantur instrumentozq̄ que inde edita fuerint Copias de  
verbo ad verbū concordant̄. registratas retineat z conseruet/ vt de perditis  
antea editis instrumentis siue ante siue post mortem suā qñ etj quotiens alia  
instrumenta de nouo fuerint edenda vel p̄teritu editoz suspitio/ error du-  
biū vel altercatio occurrat ad tale prothocollū registrumq̄ possit haberi re-  
cursus: hoc aut̄ vsq̄ adeo seruetur vt h̄mōi prothocollata etiā partibus que  
contraxerunt vel egerunt consentiē. vel pro infectis nullisq̄ haberi volens  
tibus seu deleri ex libro vel cancellari petē. non saltē pro tanto deleant̄ seu  
cancellentur: quin non minus legibilia maneant et retineant̄. Quid enī si al-  
terius terrij siue fisci siue priuati intersit seu interesse ceperit rem sic esse gestā  
et ex prothocollo veritatem apparere posse.

Caueant etiā Notarij: Ne quis ad quantūcūq̄ fidedignā relationē quicūq̄  
aliud plus vel minus q̄ quod coram se et testibus ad hoc adhibitis actū ge-  
stumue/ atq̄ de quibus tempore actus h̄mōi non antea vel post ex interval-  
lo rogatus fuerit/ atq̄ etiā qd̄ corporeis sensibus perceperit/ eo qd̄ officium

seu auctoritas sua ad alia senō extendat in prothocollo suo scribat vl' desup  
instrumentū edat. Sed in his sensib<sup>9</sup> est habenda distinctio: nā in visu z au  
ditu sufficit Notarius in p̄sentia testiu<sup>9</sup> videat z audiat/ in alijs ꝑo vt gustu/  
tactu vel odoratu requiritur q̄ testes corā se gustent/ tangant vel odorant et  
de qualitatib<sup>9</sup> eoz que p̄ h̄mōi sensus p̄ceperint corāz partib<sup>9</sup> testibus et se  
Notario attestent/ de ei s̄dē em̄ sic attestatis nō aut̄ de ꝑprio suo gustu/ tactu  
vel odoratu Notarius efficaciter potest testificari/ si tñ Notarius se similiter  
sic gustasse/ tetigisse vl' odorasse atq̄z p̄cepisse ad d̄iderit nō modicū fidei facit.

Potest aut̄ z Notari<sup>9</sup> rogari de actu muti z scribere signa seu nut<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> vt po  
tente cum talis propter accidens loqui non potuerit interrogat<sup>9</sup> a me humeris  
vel capite/ innuendo consensit et similia.

Et licet ex cōsuetudine Notarius tolleret ꝑ aliū fidele qm̄ est alijs impedit<sup>9</sup>  
facere ad mūdū scribere instrumentū a se dictatū z cōpletū postea per ipsum  
subscribendū z signandū: Tamē prothocollū suū seu extēsiōē eius per seip  
sum/ nō ꝑ aliū facere/ vel si ex aliquo accidenti ꝑtūc scribere nō possit ea vice  
alteri extēdendū de verbo ad verbū ꝑnūciare/ z in subscriptiōe de h̄mōi im  
potētia et alterius ingrossatura attestari debet.

Et q̄uis nō requirat plena z tāta extēsiō ꝑthocolli sicut instrumentū inde ex  
tractū/ tamē Notarij debēt saltē breuib<sup>9</sup> z sumarijs verbis substāciales clau  
sulas ipsius actus aut contractus etiā iuxta cuiusq̄z cōtractus seu act<sup>9</sup> natu  
ram vel loci cōsuetudinē solitas z signāter clausulas renūciationū iudicialiū  
attingere.

Nam cū cōsensus z intētiō ꝑtrahētis vel agētis sit de substātia cōtract<sup>9</sup> seu  
actus celebrati singulorūq̄/ de quib<sup>9</sup> ꝑueuerūt partes/ etiaz si solita sint ap  
poni neq̄z talis cōsensus porrigat ad ea que quis ignorat: Requiritur q̄ No  
tarius corā se z testibus saltē sumarie recitet ac legat partib<sup>9</sup> pacta renūciati  
ones et clausulas singulas sup quib<sup>9</sup> fundat̄ vis ipsi<sup>9</sup> corā se gesti ac cōsensuz  
desuper exprimi curet. Licet em̄ ius ꝑsumat cōtrahētes singulis que fm̄ cōs  
tractus naturā vel loci cōsuetudinē solent a ꝑponi cōsensisse/ etiā si ex protho  
collo nō appareāt neq̄z a partib<sup>9</sup> exprimant̄ nōnulliq̄z velint a Notario hoc  
nō requiri tñ tutius z equi<sup>9</sup> est sic obseruari ꝑpter multa: preterea iudicis est  
nō Notarij ad ꝑsumptionē scribere: sed de his solisq̄z corporeis sensib<sup>9</sup> ꝑci  
piūtur vt supra dicitur cū ad instar testis Notarius scribere debeat.

Da rime aut̄ ista sunt seruāda in Cōtractib<sup>9</sup> z actib<sup>9</sup> in quib<sup>9</sup> scriptura est  
de substātia immo extrūc requiritur vt corā ꝑtrahētibus et testibus de verbo  
ad verbū singula relegātur/ qz anteq̄z scriptura cōpleat̄ et a partib<sup>9</sup> ꝑ com  
pleta habeatur Cōtractus nō censetur perfect<sup>9</sup> vel efficax/ postea ꝑo quicq̄z  
addi detrahi vel mutari etiā de partiū consensu non potest.

Poterit tñ Notari<sup>9</sup> de his que ptes mutare/ addere vl' detrahare vellēt/ de  
nuo rogari z desup facere instrumentū priorib<sup>9</sup> gestismanētib<sup>9</sup> in ꝑthocollo

Precipue aut sint cauti Notarij a fraudib<sup>9</sup> ⁊ fallacijs aliquoz siue corā eis  
cōtrahentiū siue alioz qui simulātes se notarios a laboz prolixitate reuela  
re velle per se v<sup>l</sup> alios subordinatos dictāt instrumēta ex abbreviatura ipis  
edenda ⁊ ad mūdū scribi faciūt ac postea offerunt Notarijs subscribenda ⁊  
signāda in eis em̄ sepe dolose ⁊ in p̄iudiciū alioz secū cōtrahentiū rei geste  
detrahunt vel addūt que sensum vel substātiā immutāt qđ facile quicq; vno  
verbo vna sillaba / immo interdū vna lra fieri potest / et tam inauertēter et  
subtiliter qđ vel notarij vel alij secū cōtrahētes vix vel nullomō sentire poss  
sunt ex quo ipsi Notarij intelligāt qđ periculosum esset Prothocollo seu im  
abbreviaturas suas p alios maxime alteri parti suspectos vel qui actib<sup>9</sup> pro  
thocollaris non interfuerunt extendi facere.

Secus tñ esset / Si anteq̄ Contractus seu actus absolueret seu cōdu deret  
talis extensio siue ab ambo<sup>9</sup> cōtrahētib<sup>9</sup> siue altero eoz fieret ⁊ postea corā  
ipsis ⁊ Notario ⁊ testib<sup>9</sup> legeret ⁊ vbi sic cōtrahētib<sup>9</sup> placeret / extrūc Notari<sup>9</sup>  
rogaret. Posset em̄ tñc Notarius secure scribere partes iuxta istā extensam  
formā ipsis lectā ⁊ a p̄robatā corā se ⁊ testib<sup>9</sup> requisitis cōtrahēte ⁊ egisse ac  
ceteris prothocollis suis adiungere atq; postea publicare.

In summa maximo studio aduertāt Notarij / ne circa prothocolloz seu ab  
abbreviaturarū impositionē festinēt seu p̄cipitāter agant. Sed cū diligētia et  
cōsideratione clausulas quasuis prothocollēt: Nam tota officioz iuramē  
tozq; suoz / desup p̄stioz vis et substātia in h̄ consistit / vt bene diligēterq;  
aduertāt ⁊ intelligāt corā se gesta ⁊ de quib<sup>9</sup> rogant / et ea que visu atq; dicituq;  
proprijs in testiū similiter animaduertētū p̄sentia p̄ceperint / prothocollēt /  
et publicēt sincere ac fideliter siue v<sup>l</sup> veritatis occultatione vel falsitatis ad  
mixtione quavis / adhibitis solēnitatibus a iure vel locorum in quibus in  
strumenta facient consuetudinibus introductis / vt supra dicitur.

Notarius aut̄ seu Tabellio cū sit reipublice seruēns / virtute sui officij tenet  
de et sup his de quib<sup>9</sup> saltē cū mercedis p̄statione rogat̄ dūmō alias sint  
licita et nō prohibita facere instrumēta nisi sit factus doctor decurio Do  
nachus vel Clericus. Verūtñ ijdem si se rogari p̄miserint / tenent̄ abbrevia  
turas suas publicare / valētq; instrumēta eoz. Possunt tñ p his q̄bus vltro  
se ingerunt tanq; prohibitioni cōtrafacientes puniri.

Sciāt etiā Notarijeoz nullū posse officio suo renūciare / nisi in man<sup>9</sup> prin  
cipis / cui<sup>9</sup> auctoritate est creatus v<sup>l</sup> signetū suū p̄suetū saltē sine iudicis au  
ctoritate cāq; rōnabili mutare aut instrumētū alieno signo signare.

Et quis Notarius prothocollū siue abbreviaturā suā exten dere ⁊ omnia  
ponere que declarant mētem cōtrahētium vel testatoz cōtra substātie muta  
tionem / possit tñ alterius siue viuētis siue mortui prothocollū seu abbrevia  
turā etiā sibi legatā extendere / seu huic quicq; ad dere / v<sup>l</sup> detrahēre seu aliter  
qđ de verbo ad verbū in publicā formā redigere sine auctoritate iudicis nō  
potest nec debet cū extensio / ⁊ quid sub isto signo .ꝛc. v<sup>l</sup> alijs defectuosis v<sup>l</sup>

abbreviatis verbis forte inibi positis comprehendí intelligatur ad iudició non Notarij estimationem spectet.

Aduertant etiã notarij/ Qd quãdo in extensione z ingrossatione instrumẽtorũ rasuras maxime notabiles et in locis suspectis in vna vel plurib<sup>9</sup> rigis faciunt vel verba interlinealia seu ad margines apponunt/ a quibus q̄tum potest cauendũ est qd extunc in corpore instrumẽti v<sup>l</sup> saltẽ subcriptione de his faciãt menciónẽ z appbationẽ. Et hoc maxie qñ tal' interlineatura est scripta ad marginẽ scãdõ est man<sup>9</sup> ppria ipsi<sup>9</sup> q̄ instrumẽti tenore ingrossauit.

Item notarij caueant/ quia presentĩ ordinatione prohibent scribere instrumenta sua nimis abbreviata vel obscura vel ambigua verba que viciant instrumenta nec per zifferas/ signa vel notas maxime nõ cõmuniter offibus cognitã cũ facile possint mutari z corũpi/ s; scribãt p lras integras cõmunes legibiles z cognitã in p̄gameno nõ papiro in latia v<sup>l</sup> nra alemoica lingua

Si casu amittatur alicuius notarij prothocollũ et de hoc doceatur/ poterit notari<sup>9</sup> agere contra detinentẽ instrumenta pri<sup>9</sup> inde extracta/ vel si haberi nõ possunt examinari facere testes/ q̄ interfuerũt z inde nouũ facere prothocollũ. ¶ Sint etiã notarij circa instrumentoz editionẽ z publicationẽ diligentes et cauti ne cõmittant errores cũ partes inde ad plures incõmoditates picula z expensas sepe deducantur quas sine dubio ipsi errantes refundere tenebunt. Qd si vero siue probabiliter siue improbabiler contigerit aliquem incidere errorem siue in solennitatib<sup>9</sup> siue nominibus locis temporib<sup>9</sup>/ substantia siue alijs tutius est/ vt saltẽ post editionẽ cũ notarij postea videant functi suo officio ad euitandas ambiguitates disputationũ et altercationes varias nõ sua sed iudicis desuper a diti auctoritate errores hĩmoi emendent.

Possunt etiã notarij actuũ corã se gestoz dũmõ tñ ab eo vel his/ de cui<sup>9</sup> v<sup>l</sup> quoz volũtate depẽdent act<sup>9</sup> hĩmoi desup tpoze eozũdẽ actuũ rogati fuerit sine trepidatiõẽ alteriusq; auctoritate imo tenent sub pena in iure expressa edere instrumẽta eis q̄ rogarũt seu eoz pcuratorib<sup>9</sup>/ heredib<sup>9</sup>/ successorib<sup>9</sup>/ v<sup>l</sup> libus v<sup>l</sup> singularib<sup>9</sup> saltẽ semel. Sed qñ sepi<sup>9</sup> eisdẽ v<sup>l</sup> alijs petẽtib<sup>9</sup> z p̄dõ detib<sup>9</sup> sua interesse maxime vbi questio seu dubiũ desup esset v<sup>l</sup> timeret/ aut alijs piculũ seu piudiciũ ex tali editiõẽ verisimiliter imineret tutius ac consul tius est ppter varias in hoc opiones vt notarij faciãt se citari coram iudice cui<sup>9</sup> auctoritate vocatis vocãdis editionẽ hĩmoi faciant vel denegent.

Notarij aut sciãt se nõ de nocte nisi ex vrgẽte causa quã exprimãt v<sup>l</sup> in locis occultis seu clã rogari v<sup>l</sup> instrumẽtari debere cũ h nõ sine suspitione pcederet.

Debent aut Notarij p̄cipue esse solliciti z diligẽtes circa testamẽtoz z aliaz vltimarũ volũtatũ p̄fectiones ppter magna ex eis imminẽtia piudicia. Sũt enĩ fm sacratissimas leges testamẽtoz genera duo/ alterum qd fit in scriptis seu mediãte scriptura clausa seu in uolura/ alterũ p̄o z cõmuni<sup>9</sup> qd per solaz uuncupationẽ sine scriptura vel aliq̄ lrãli solennitate fieri solet. Et ideo nunq

carpatiuū dicit neq̄ scripturam de sui essentia requirit Item potest et tertium  
genus adhiberi: qđ sita Leco cecave p nūcupationē / tamē nō sine scriptura  
vtpotetam a Notario q̄ testib⁹ adhibitis et rogat is p̄rijs manib⁹ su bscrip-  
ta singloꝝq̄ solitis Signetis signata.

Et aduertāt ipsi Notarij: Qđ ad singloꝝ testamētoꝝ p̄missōꝝ genera p̄ficiē-  
da requirunt fm Leges / Testes / a dmin⁹ septē incluso ipso Notario in Co-  
dicillis aut in quib⁹ legata et fideicommissa relinquūt sine heredū alicui⁹ insti-  
tutiōe v̄l in donationib⁹ causa mortis et in rure vbi Rustici testant⁹ et plures  
haberi nō possunt / testes ad minus quinq̄. In parentū aut inter liberos vbi  
nullū aliud testamētū p̄cedit qđ infirmā dū sit et in militū. in castris nō aut  
bellic⁹ expeditionib⁹ existētū testamēt⁹ remittit numerus testū vsq̄ ad duos

Militēs aut in expeditionib⁹ bellicis existentes / etiā sine omni solennitate v̄l  
teste quocūq̄ modo velint testari possunt non aut existētes in talibus expe-  
ditionibus seu Castris iure cōmuni testant⁹.

Requirit etiā Qđ in testamētis vt nō solū rogen⁹ testes: sed speāliter ad acc⁹  
b̄mōi testādū vocen⁹ et adhibeant v̄l saltē si casu illinc sint ad hoc p̄moneant

Itē requirit in oī testamēto Qđ testator testatric⁹ue q̄bis intelligibilib⁹ loq̄ aut  
scribere sciat nā neutriū eoz scies mortuo filēs in hoc reputat⁹ et testari nō pōt.

P̄terea etiā requirit in omni testamēto / etiā nūcupatio vt singula gesta in  
notā iā recepta relegātur corā testatore testibusq̄ anteq̄ abinuicē recesserint.

Lanceant ergo Notarij se ab his qui neq̄ articulatim et intelligibiliter loqui  
neq̄ scribere possunt / cum sint intestabiles.

Uideant aut Notarij testamētis adhibiti / et etiā testari volentes quos adhibē-  
beant testes / q̄ multi p̄hibent adhiberi vt regulariter oēs qui sunt actiue vel  
passiue intestabiles: et p̄terea mulier hermafrodite in quib⁹ muliebria precel-  
lunt in potestate testātis existens heres scriptus / et cū eodē in eadem existēs  
potestate: vnde p̄sultur vt ad requisitū numerum testes alij recipiantur ne  
propter aliquoz inhabilitatem testamenta irritentur.

Testamētū aut in scriptis qđ magno in vsu amplius non est: sed ab eo fit qui  
in eius vita neminē sue vltime volūtatē cōsciū esse vult talis est forma p̄du-  
cit testari volens in mediū corā testib⁹ septem ad id specialiter cōuocatis seu  
p̄monitis et rogatis viris liberis puberib⁹ omnib⁹ simul p̄ntib⁹ scripturam  
p̄signatā v̄l ligatā vel tantā clausam v̄l inuolutā sine ipsi⁹ testatoris siue alte-  
rius cuiuslibet manuscriptā offertq̄ illam istis testibus a singulis eozū sub-  
scribendā et Segnetis suis solitis signandā / dūmodo tū aperte dixerit suū  
esse testamētū qđ offertur ibiq̄ corā testibus sua manu propria subscripserit  
vel si ipse scribere nesciat vt tunc non possit alterius octauū testis manu noīe  
et iussu suo in reliqua parte testamēti subscribi faciat / tunc eodē die et tempore

re nullo intervallo / vel etiã actu extraneo nisi forte necessitatis causa ⁊ modico interrumpente per singulos septem testes proprijs suis manibus subscribitur et Sigillis suis seu signis solis signatur

Testamenti aut̃ Mancupaturi forma est: Quia testari volens eius vel eorũ quem seu quos heredẽ seu heredes suos esse velit legatariorũq; nomina ⁊ ea que in eo contineri vult corã septem testibus ad hoc vocatis et rogatis palã et dilucide nuncupat et exprimit.

In Leci aut̃ Testamento requirunt̃ subscripta: Primo qđ tam Notariũ qđ testes septem ad hoc vocent̃ et cuius causa vocati sint certificent̃. Secundo qđ Testator heredẽ seu heredes a se instituendos: ⁊ ne dũ nomen seu nomina sed ⁊ dignitates seu cõditiones alias eorundẽ pro tanto qđ ppter solam nominis seu nominũ expressionẽ non oriri possit ambiguitas et preterea aliã suã voluntatẽ tam circa eorundẽ heredũ institutiones qđ substitutiones fideicõmissã atq; legata coram ipsis Notariõ ⁊ testib; clare exprimat. Tertio qđ Tabellio vel si is haberi tunc non possit octavus testis vocatus vice eiusdem / atq; testes singuli per testatorem ad hoc rogati vno et eodẽ tempore loco et nullo intervallo seu actu extraneo nisi forte modico et necessitate nature inveniẽtẽ sese in sine vtpote in margine instrumẽti inferiori subscribãt / simulq; consignent. Potest aut̃ testari volens vel in ipso actu corã testib; / vel si magis placet antea per alium quencũq; voluntatem vel testamentũ suũ dictari et scribi facere et postea coram testibus et tabellario pri; patefacta cui; causa vocati sint cartulam ipsam corã se et testibus recitare et vbi tenor eius omnibus notus fuerit profiteri / testator elogiũ suũ id esse et ex animi sui que lecta sunt disposuisse sententia / et in sine sequantur subscriptiones atq; signacula tam testũ vt predicatur singulorũ qđ Tabellarij potest etiã vnus vel plures si proprijs Signetis carerent alterius seu aliorũ signo v' signis in hoc vti. Istam aut̃ formam non solum in testamenti Leci / sed codicilloz vel aliarũ vltimarũ voluntatum confectione observari necesse est.

Scituris omnib; notarijs Qđ prefas Testamentoꝝ formas a lege traditas diligenter observare negligẽ. preter hoc quod testamenta aliter facta de iure civili non subsistunt etiam iuris penas non evitabũt.

### De insinuatione litterarum imperialium.

Circa imperialium aut̃ vel Camere nostre cesaree iudicij litterarũ citatoriarũ vel quarũcũq; aliarũ continentiarũ insinuationes si quis desup rogat; fuerit advertat vt sub prestito in officio suo fidelitatis iuramento litteras hĩõi originales illi vel illis ad quem seu quos diriguntur retento tñ penes se toro tenore inde descripto et postea in instrumento insinuationis integre inserẽdo in personam seu personas proprias / vel si cõmode haberi non possunt ad domum seu domos solite habitationis eorundẽ vel per edictũ p iudicem decretum presentent / legant / insinuent atq; illi relinquunt qđ fideliter.

Quod si vero ac quotiens contigerit / aliquas tales Litteras plures personas in  
diuersis residentibus domibus seu locis continere quibus singulis facienda  
sit presentatio seu insinuatio earundem: Sciant Notarij huiusmodi presentatio  
nem et insinuationem singulis eorum de quibus rogati fuerint cum ostensione et  
lectione originalium esse faciendam modo et forma premissis relicta et tradita  
cuius eorum copia collacionata et concordata nisi forte in vna ciuitate seu villa  
in diuersis tamen edibus habitantes paucioribus copijs fuerint contenti.

Presentationum autem seu insinuationum suarum huiusmodi et earum dies Venes An  
nosque et loca singula: et si forte aliquis cui sit insinuatio se parere nolle vel in  
imperatoris vel iudicij Camere contemptum seu ignominiam irreuerenter ver  
ba proruperit instrumentis suis tam his ad quarum instantiam quam illis quibus fa  
cta fuerit presentatio siue insinuatio edendis vna cum litterarum insinuationum  
tenoribus integris referant et attestent sincere et fideliter.

### De constitutionibus actorum et procuratorum

In Constitutione autem tam Actorum que a Tutoribus vel Curatoribus mis  
sionem ante lites contestatas et quidem cum auctoritate et decreti interpositio  
ne iudicis sunt et fieri debent quibus procuratorum ad lites attendant bene Nota  
rii cum ad iudicium imperiale quoti die veniant instrumenta procuratoria defectu  
osa: vt quantum tam ad actus specialia requirentes mandata quam alias clausu  
las apponi solitas et consuetas / de quibus etiam vulgaris habet forma bene  
extendant in instrumenta cum clara specificatione quem vel quos constituent siue  
insolidum siue coniunctim siue diuisim: Procuratores velit habere Ita quod non  
sit melior conditio vnus quam alterius seu aliorum. Sed quicquid vnus inceperit  
alter id continuare possit mediare et finire / videlicet ad agendum defenden  
dum libellandum / litem contestandum iurandum de calumnia et aliud quodcumque li  
citum iuramentum / prestandum / ponendum / articulandum positionibus a diuersis  
etiam per iuramentum respondendum Testes et alias probationes producen  
dum excipiendum replicandum / duplicandum / triplicandum. et. p. eludendum. Sen  
tentias audiendum / ad appellandum et prouocandum: si ad iudicia inferiora diri  
gant apostolos petendum recipiendum / appellationes causas prosequendum  
alium vel alios loco suo substituendum / istos renouandum: et iterum totiens quo  
tiens substituendum. et. Et generaliter omnia alia et singula. et. faciendum cum  
promissione et cautione solitis de rato et releuando sub omni constituentis reu  
rum et bonorum obligatione / et hec omnia in extensa communis forma.

Et quia multum nunc inoleuit practica / vt iuret de calumnia / Idemque iuramen  
tum plura in se contineat capitulaque plerumque ista in animas suas iuranda man  
dantes ignorant necesse est: vt de his singulis informent et in instrumentis  
postea inserant. Sunt enim Capitula a iure tradita et in iudicio Camere ex  
primi solita / vt tam actorum quam reus per se vel suum Procuratorem iuret: Quod crea  
dat se iustam habere causam litigandi quod protelandi causa seu fraudulenter  
dilationes non petat quotienscumque interrogatus veritatem non occultet: et

quod alijs quibus ius pmissit nullo penitus daret vel promittat/ quo pro se Sententiam obtinere possit dolo et fraude omnino semotis.

Jurat autem articulos seu positiones suas offerens si petit et vult quod aduersarij per iuramentum respondeat sic quod contenta in eis quantum factum proprium percipit vera sunt/et quantum alienum continent factum quod credat ea esse vera et probabilia. Responsum autem iurat ferensurum veritate verum credat vel non credat ea que sibi obijciunt esse vera.

## De instrumentis appellationum.

De appellatione autem et formalibus suis in quibus plures et quotidiani occurrunt defectus Notarij scire debent: Quod de iure Civili et ordinatioe sacri romani Imperij omisso medio vel ab interlocutoria seu gravamine quod postea medio ante appellationem a diffinitiva est reparabile regulariter non appellatur: In casu autem permissio appellare volens ab interlocutoria ea in scriptis et cum causarum gravaminis inscriptione faciat cum ex causis alijs iustificari non possit.

A diffinitiva vero ubi appellari non prohibetur sine cause seu causarum gravaminis expressione appellari potest/ et quidem verbaliter et sine scriptis dummodo in presentia post sententiam latam/ hoc est antequam divertat ad alia fiat/ postea tamen in scriptis redigenda/ alioquin autem si ex intervallo appellet in scriptis fieri necesse est.

Et in summa sciatur et advertatur omnes Notarij quod ipsi debent esse iurisperiti in his saltem que Notariatus officium respiciunt/ hoc est summam notarie ad hoc ut sciatur ante partes coram se contrahentes seu agentes de solennitatibus et clausulis ad tractatum et actum huiusmodi earumque validitatem requisitis certificare et se a tractatibus et actibus a iure reprobatis et prohibitis abstinere cum aliter teneantur de impetitia et partibus lesis ad interese.

De premissis igitur tanquam pro generalioribus Principibus atque curabulis quibusdam traditis non stent a deo contenti Notarij quin in dies discant et advertant alia a iure circa Tabellionatum officium tradita/ et que secundum locorum in quibus actus huiusmodi geruntur consuetudines introducta sunt et circa difficultates seu ambiguitates in actibus coram se gerendis per casuum varietate et diversitate quibus occurrentes ad peritiores recurrant/ ne imperitia culpaque eorum alijs noceat/ quod de his tenentur ut supra monstratum est. Datis in civitate nostra imperiali Lovonensi/ octava die mensis Octobris/ Anno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo duodecimo/ Regnorum nostrorum Romani vicesimosextimo/ Hungarie vero vicesimotertio.

Per regem  
p

Ad mandatum domini  
Imperatoris proprii.

Societ. Jessu Pater Sernteiner sfr.  
2602na



of this... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

...and... and... and...

Vertical text on the right edge of the page, possibly a library or archival stamp.





Malis principes se habere debent circa ecclesiam et eiusdem defensionem  
vide xxij q v - principes Et est beati Isidori  
xxij q m - transferuntur inde correctionem clerici  
et q om puenit

Et caveas vitio vitij quos susceptione  
Semper eos terum quos verearis habe

Quod mihi nunc male fit, tibi iras erit, ergo resiste  
Ius mihi tolle nunc, quia rectus in alieno  
facto q proprio constanter iniqua reludes  
Iustus zelo proprijs non letibus actus

Partere prostratus sit nobilis in leonis  
Tu quoque fac simile quisquis dñaris in orbe

Habet hoc omnis doctrina multo  
facilius in auditoris animam  
ab amato proptore transfunditur

Sincera Minus benefica  
in calendarium scribitur





899

W a

J 365